

2. F. F. 2. 3.

ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ

περὶ Τῆς

ΑΠΟΓΡΑΦΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΗΓΕΜΟΝΕΥΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΣΥΡΙΑΣ ΚΥΡΗΝΙΟΥ

ΓΕΜΟΜΕΝΗΣ,

Quod

Approbante Amplissimo Collegio Philosophico in Regia Academia,
quæ ad Auram est,

SUB PRÆSIDIO

Maxime Reverendi atque Amplissimi VIRI

M. JOHANNIS HAARTMAN,

Log. & Metaph. Prof. Reg. & Ordin.

Placido Eruditorum Examini

modeste Submittit

JOHANNES N. FRIBERG

W-Gothia Svecus.

In Auditorio Maximo, die XVIII. Junii anno Χριστογορίας
cccccccxxx.

H. L. 2. C.

ABOÆ, Excusum Typis Kämpianiſ.

S: x R:
MAGNÆ FL

REVERENDISSIMO in CHRISTO
PATRI ac DOMINO

D^{N.} LAURENTIO TAMMELIN,

Diœcœsos Aboënsis EPISCOPO Eminentissimo, Regiæ ibidem Aca-
demiae PRO-CANCELARIO Magnificentissimo, Scholarumque
per totam Diœcesin EPHORO Accuratissimo, nec non Venerandi
Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI Gravissimo, NUTRITIO per ali-
quot annos Propensissimo Benignissimo.

MÆCENATIBUS

Que cura præcipue solet exercere eos, quies Magnorum Virorum nomina
adducant rationes importunitatis nota declinande; Fandom benignitas
nequeunt quo^r Vestris beneficiis consulatus MÆCENATES SUMMI, Societatem Mu-
tin florem mutata, ad solem, ita & mihi ad Vestrum converti liceat Sidus.
feram oculis Vestris subjiciam. Futeor equidem scriptiōnēm hanc esse jejunia
conscia, ob id venit supplex, ut Vestris nominibus ornetur, vultuque exhibiatur be-
fis ad cœlum palnis, affidue Deum rogabo, ut terris tam CARA PIGNORA quam

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

Cliens

Johannes

æ M:ris
DEI VIRIS

NOBILISSIMO GENEROSISSIMO QVE
DOMINO

D_N. JONÆ WULF- WENSTIerna,

Regli Cameræ Collegii CONSILIARIO Cosultissimo, nec non Palae-
tii Ordinis Eqvestris, quod Holmiæ est, SECRETARIO

Maxime Inclito,

Ut Cognitionis Propinquitate Juncto, ita summa cum venera-
tione perpetim colendo,
SUMMIS.


scriptis suis publica luci exponendis presigere lubido est, ut facti sui idoneas
Vestra MÆCENATES SUMMI in Praesens mibi plane ademit. Numerari namque
sunt ut addixi ita addico fidam. Patiamini igitur, ut quemadmodum Clytie
Patiamini inquam, ut hanc qualem unqæ observantæ devoteque animi tes-
tis infirmam; Sed quia meo stilo informis est & pauperis cultus sibi ipsa
nigro. Hunc ego natus felicitatis meæ portum salvam, quæ debo, proter-
diutissime concedat, & non nisi seros post annos ad cœlestia transferri jubet.

NOBILISSIMI GENEROSISSIMI QVE NOMINIS TUI

Humillimus
N. Friberg,

AD LECTOREM.

Duo potissimum sunt, quorum excusationem in praesenti affero B. L. Alterum quidem quod nisi in scripturam Luc. 2. cap. v. 2. commemorare scripturus, materiam pertractatu difficultem plane elegerim; Alterum ab aliis quedam diversa hio scripsierim. Atque ut non diffiteor que-
stiones hac de re ad Liquidum à nemine deductas esse, nec posse fortassis; ita non me culpandum reor, si in arguento tam preclaro & illustri, post alios periculum fecerim, quoisque mibi progrexi liceret. Quod vero dese-
ram interdum auctoritates eas, quas alii tamen, non spreverunt nec sper-
nunt, existimo memet à signis boni disputatoris haud digredi, si quando
involutus discordantium globis respecto Veritatis Aquilas. Sunt heic, si usa-
piam, turbines sententiarum innumeri, qui dum ratem in transversa rapio-
unt aut circumagunt, tantas mibi affundunt tenebras ex obscuriori temporum
computatione, ut difficilior sepe sit exitus, quam ex Labyrintho. Non tamen
ideo abiciendum esse putavi spem omnis veri ex antiquis rebus eruendi. In
puteo veritatem latere dixit Democritus; Laboribus proinde hinc eruenda est.
Et quo quis in opere tam honesto fuerit pertinacior, eo majores sperabit sua
industrie fructus. Verum o Zoile, Te, qui tanquam Aranea ex optimis qui-
busque exsugis quod pessimum est, tuum torquat virus.



In Nomine JESU.

Degòdugoro

IMmortales esse civitates affirmanti licet Isocrati (a), quem (a) De pace secutus Imperator Julianus (b), (b) L. redeo consenserit Tiberius (c), ut rum(c) Tae si ovo ovum addatur nihil in L. 3. An veniatur similius: Rerpublieam scilicet eternam es-
se libere pronunciando. * Historiam tamen vol-
A venti-

(*) b. e. esse posse, quia scilicet Civitates & Respubl. sunt ex eo corporum genere, quod ex distantibus constat, id est secundum Aristotelem lib. Polit. 3. vix

ventibus omnem nullius frequentior occurrit
mentio, quam inconstantiae ac mutabilitatis Im-
periorum Regnorumque scriptoribus profanis
non tantum, sed & Pulpitis sacris decantatissi-
mæ, ut cum Augustæi ævi scriptore Tito Livio
(d) Tacit.
Am. lib.
c. 18. Patavino, quem *Tacitus* (d) confirmat, vere di-
camus necesse sit: quanto plura recentium & vete-
rum

γὰρ ἐκ πλειόνων συστηματος γίνεται ἐν λικουδίᾳ, εἴτε ἐν
ανθετώντων ἐστιν διανομήνων, cui assentiuntur Seneca
Epist. 102. & Achilles Statius, cuius ad Aratum hac
sunt verba: παρελήνος δέ Κορωνὸν μαζημένῳ κόσῳ, τῷ
μεταξύ λέγεται ὅσῳ ὑπὸ μιᾶς ἔχεις πάντα χραῖται τοι
ὅσος λίθος, ξύλον. Εἰτὲ δὲ ἔχει πρεμένα σῶματα συντελεῖν
Συνημένα δὲ ὅσα οὐκ ὑπὸ μιᾶς ἔχεις διδίζεται, ὡς πλεῖστοι,
ὡς ὄκια. Τὸν γάρ ἐκ πολλῶν συνίδεων, ηδὲ ἐκ πολλῶν
λίθων σύγκεται, διεστῆται δὲ ὡς χορός. Τῶν δὲ τοιούτων
διτίται ἀτὰ Φοραι, τὰ μὲν γὰρ ὁσιομένων συμβέβησαν
ἀποθεῶν λιπτῶν ὡς νοῦς. Τὰ δὲ τοιούτα αποτίται ὡς ἄγλαι.
Observavit Mathematicus Conon, corpora dici qua-
uno tenore unum sunt, ut lapis, lignum. Est autem
tenor spiritus corpus continens. Connexa ve-
sto, que non uno tenore juncta sunt, ut navis, ut
domus. Nam & illa ex multis est tabulis, & hac
ex lapidibus multis. Distantia ut chorus: sed &
hac duum generum inter se differentium. Sunt et

rum repolyimus monumenta tanto magis nobis rerum mortalium ludibria cunctis in negotiis obversantur. Qvibus mutationibus atque conversionibus obnoxiae non fuerunt, etiam potentissimae civitates & imperia, donec absoluto suo spatio, prorsus esse desierunt, adeo ut vix nominis sui famam reliquerint? Ne alia dicam qvatuor illa Danieli Prophetæ celebrata imperia cogitemus, quibus, qvæ vires, qvod robur fuerit, si alia historicorum præclara non exstant monumen-

nim alia ex corporibus definitis, & que numerum habent cognitu facilem ut chorus; alia ex infinitis ut populus, Uni namque nomini subiectum est, qvod habet spiritum unum ut loquitur Plutarchus. Is autem spiritus sive *Es*, in populo est vita civilis consociatio plena atque perfecta, cuius prima productio est summum imperium, vinculum per quod respublica coheret, spiritus vitalis, quem tot millia trahunt ut Seneca loquitur, lib. 1. de Clement c. 4. Plane autem corpora hæc artificialia instar habent corporis naturalis. Corpus naturale idem esse non desinit. particulis paulatim commutatis, una manente specie ut Alphenus ex Philosophis differit Epist. 58. ciuitate Gratio.

ta vel iolæ similitudines, qvibus Spiritus Sanctus ea describere voluit, ostenderent. Sed ad institutum proprius. Judæorum regnum, qvod solius Dei pecuhum per multa secula obtinuit, suas etiam qvam sœpissime expertum est fortunæ

(e) in Niz. vicissitudines. ut conjecturæ R. Lipsianæ (e)
gabon n. circa expositionem capitil 49. Geneleos, ubi

46. *υδεις οιγανας επιτραπονις intelligi vult, prout haec vox sumitur in Ps. 2, 9. atq; adeo magnas angustias & afflictiones tribui ex Judæa oriundæ denunciari, eatenus aliquod inde argumentum lubnisci videatur.* Præter tot namque bella, tortue gentis suæ in dissitas terras abductions, aliosque rafus sœpe sœpius ruinam minitantes, quos semper excipere coacta est Judæa, etiam ceu maximum perpesta est malum in oriente re n. populi Romani gerente Pompeio Magno. Hic enim Mithridatico bello confecto, pacataque Armenia & Ponto, victor omnium gentium Iudeos aggrediens vicit, vicitisque, imposito stipendio, procuratorem *Antipatrum quendam Alcaioniten* dedit. Post hujus obitum, Antipater

Hib. 2. Hist. Ascalonitæ filius, Herodes alienigena Sulpitio Sacr. pag. Severo dictus, regnum Judææ à Senatu & Po-

m. 119. pulo Romano petiit, accepitqve. Hunc pri-
mm. Judæi externum regem cœperunt habere.
Etenim jam adventante Christo necesse erat secundum

secundum vaticinia Prophetarum, suis eos
ducibus privari, ne quid ultra Christum exspe-
tarent. Hojus sub Adventu, qui Herode alieno-
niget in Iudea regnante factus commemo-
ratur juxa omnium Chronologorum consen-
sum, Romanorum Cæsarem agente Augusto cen-
sum non tantum indictum sed & peractum Lu-
ca Evangelista teste Sacrae innuunt Pandectæ,
utpote qui certissimum indicium Iceptri de Ju-
da ablati. Lueas enim cap. 2. v. 2. inquit *αὐτὸν ἡ
πόλη ποτε οὐκ εἶδεν οὐδὲ τίς οὐδεὶς ξύνει.*
*Lue. cap.
II. v. 2.*
At cum censi huic Lucæ commemorato, tan-
tæ ex mendaciis obortæ sint tenebræ, ut sua
jaceret nocte sepultus nisi Scripturæ Sæ lampa-
de illustratus affirmaretur, operæ pretium du-
xi, si quantum ingenii modulus permitteret
meus, divina benedicente gratia paululum in
Chronologicis oberrans, tentavero

*Quid valeant humeri quid ferro recusant
Plane existimans, quod*

Hanc satis est mossem si mea reddit humus. *Ovid. Ponti
Latet equidem in obscuris Laciniis, quod ve- lib. I. Ep. 5.
rum est, sed illas excutere*

Hoc opus hic Labor * * * *Virgil. Eo-
In omnibus verum eruere & in Lucem proferre neid, lib. 6.
Herculis est, cuius* *v. 12.*

Opus Elis bases. *Ovid. Meto.
Ubi l. 9. Fab. 30*

Ubi Augeæ dicitur purgasse stabulum. Verum ut
 facilis concessero, disquisituro mihi innumeræ
 fere Scyllas & Charybdes, qvas vel à Circe e-
 doctus Ulysses vix præternavigasset, objici, præ-
 cipue cum in ipso disquisitionis hujus aditu mox
 duæ ingressuro oblatrent difficultates, qvarum
 prior confusis veri falsique limitibus, Poëtis
 decantatam exhibit chimæram, in qua caput
 qvasi caudam refert, & dulcherrimi *Xρυσολογίας*
 fundamenti in Novo Testamento, quale opor-
 tuit Censum esse, Cyrenio circa nativitatem
 Salvatoris nostri à Luca tributum, tantum non
 omnia luxata deqve sedibus suis mota conspi-
 cimus membra; Aliis Cyrenii hunc censem sta-
 tuentib⁹ peractū fuisse illo ipso tempore, quo Ar-
 chelaus relegatus legitur apud Josephum lib. 2.
 de bello Judaic. cap. 6, seditione inter Judæos
 orta, duce Juda Gaulonita. Act. 5. 37. de qua
 re postea. Nam hic sermonem abrumpunt &
 signa ultro inferunt, qvibus bellum eram indi-
 citurus. Et ut tempore sunt propinqviiores, ita
 in principiis locati, *Baronius* & *Casanobonus*,
 incertum fere cujus subductu lacescant. Bina-
 riis connumero *Tertullianum* & *Josephum* cum ce-
 teris, qvorum vel sola nomina cuspidibus ar-
 mata visuntur. Non tñ. illi Qvirinium hunc
 in campos eductum oppriment functionem Præ-
 sidis

fidis in Syria denegando. Et cum ea sit materiæ nobilitas, ut illa recte explicata, non parum faciat ad veram de tempore Nativitatis Christi sententiam confirmandam; ignota vero, minusve recte intellecta in Labyrinthos præcipitet fere inextricabiles ut Tertius loquitur, Can-
Jo. Tertser.
in Chron.
 didi Lectoris Benevolentia fretus, unum ex iis ad singulare certamen provocabo, eoque ut spes est devicto ceteros aggrediar hostes (*f*) Aut etiam quod disco ex calidis bellatoribus, qui ducem ultricibus venantur oculis, si quis agmen ducit illum oppugnabo. Vanos enim audi serpentum ictus, dum, capitibus detruncatis, cauda minantur. Sed ad portam Han-
 nibal.

*Sacrap. 61.
(f) Florus.
lib. I. c. 3*

CAPUT PRIMUM.

Mira heic prodit acies, in qua ceteris ad pugnandum fortiores totam belli molem sustinent Baronius & Casaubonus, quos in hac re Mæandros appellare poteris. Illi sunt post cuius terga tuf glomerantur cohortes, Tertullianum tertii seculi scriptorem, Josephumque primi seculi post Christum natum Historicum Iudeum in hac Chronologiæ parte inertes sequentes duces. Ita illæ prodiit seculo, quo ti-
meret

*Scalig. in
Proleg. de
Emend.
Temp.*

meret omnem secum tumulo i latum iri de Christo nato veritatem. Et hic quamvis Scaligero dignus visus fuerit, qui omnium scriptorum veracissimus religiosissimusque censeatur. Tamen, cum per ævi ignaviam aut non potuerit, aut per ignobile, in hac re, ingenium vera tradere noluerit, contradictoriis posteros decepit. Sed ut brevibus defungar, more disputantibus recepto, nonnullis Etymologiam vocum in frontispicio dissertationis existantium pandam. *Auctor accepit*, cuius meminit Titulus σχεδίασμά à verbo ἀπογράφειαι, quod πολύμητρις est, deduci adeo clarum esse existimaverim, ut vel *ιντερβέσθαι* qvisque hoc fere deprehendat. Significat enim non semper tributi exactio, ut apud Josephum (g) & Aristotelem (g) *Joseph. ant. Jud.* Lib. 17. ubi de Cypselo Corinthiorum Tyranno ait: οὐ ξάνθηται ταύτη τῷ δια αραθότοις, εἰτε λευκεῖς ἀστέρις ἀπογράφεσθαι, ἀπογράψαμένων δὲ τώρας; Τὸ δέκατον μέρος τῶν ἑκάτεων τοῦτο; Sed aliquando etiam nudam descriptionem & dinumerationem populi, Græcis ἀπαριθμον dictam, notat, quæ præcipue genuina significatio verbi ἀπογράφειαι esse solet. Ita Thrasylus, memorante

(h) *Hist. liano (b)*, omnes naves in Pyraeum appulsas lib. IV. cap. suas esse putabat, καὶ ἀπογράφειαι, καὶ ἀπογράφειαι apud Aristotelem e-

iusmodi notat ἀπογραφήν, qva cives in Tabulas publicas, seu in aliquam tribum referuntur, notante ex Perizonio *SALOMONE DEILINGIO*. Servius Tullius apud Dionysium Halicarnassensem Lib. VI. p. 215. obæratos juslit ἀπογραφεῖται in tabulas referri ut iis succurreret. Quid? ut hisce addam significationibus & alias; occurrit apud Demosthenem utpote quod scripto vel programmate aliquid provulgare significat. Profiteri nomen denotat apud Xenophont. Lib. Pæd. 2. ubi Cyrus; ἀπογραφεῖται πόστοις οὐχ οὐχίας
αἰστοῖσιν τάξιν ιῆται & Paulo post; εἴω δη ἀπο-
γράφουσι πάντες, ἀνέκαθιτε τὰ ὄντα πάντες, itaque
omnes nomina sua professi arma accipiunt. Vi-
detur igitur ἀπογραφήν reddi debere per descri-
ptionem, ut cum Vulgato, Beza, Piscatore reddi-

dit Syrus **כָּבְדָּלְתָּא בְּנָא כְּבָדָלְתָּא**

id est ut describeretur totus populus. Unde etiam b.
m. Dr. Gezelius, in suis annotationibus ad
hunc locum, vocabulum beskrifning & beskrif-
was adhibuit. Nam **כְּבָדָל** masc. significat
scripturam, scriptum, inscriptionem, librum,
ut est 2. Tim. 3. 16. & ipsa verbi radix **כְּבָדָל**
scripsit denotat, in Ethpeel, **כְּבָדָלְתָּא** scri-
ptus est, & in Conjugatione Aphel **כְּבָדָלִי**
quoque scripsit significat. In lingua sancta ean- vid. Hier.
Avian. in
מִפְתַּח
לְלִילָּה
שְׁרוּחוֹת

dem obtinet significationem ut 2. Reg. 17. 37.
 סְתַב לְלִכְדָּה scripsit vobis, & Dan. 6. 25. Esdr. 4. 8. Dan. 5. 5. Esdr. 5. 7. ubi occurrit part. Pe-
 hal. כתוב scriptum erat, formæ Chaldaicæ pro-

- (i) J. Buxtorf. כתוב conferatur Buxtorfius (i), Malorethis familiare de vocibus aliter scriptis & Lectis, in suo Lex. de quoque ejus oppositum γράμμα Lectum. Athæc Hebr. וְאֵשׁ is וְאֶשׁודָה. Vocem απόγραψεν proxime excipit Chald. p. πρώτη, quæ contracta est ex τοῖς αριθμοῖς pro πρώτῳ; 379. item ἀπόδοσις, ante, varias apud Græcos admittens in Lexic. constructiones. Præcipua est, qvod quam læpis- Rabb. Phil. sime ponatur pro comparativo. ut Joh. Cap. 1. page 914. οὐ μελίσσος μη ἡ, i. e. τρεῖς, qui prior me fuit. Et ibidem cap. 15. 18. οὐ κοσμος ἡ μὲν πατέρι
 οὐ δὲ μημόνει, mundus me priorem vobis odio habuit. Hinc est qvod multi ac præclaræ eruditio- nis viri etiam eodem modo voluerint πρώτην
 in hoc loco significare πρώτην, in qvorum nu-
 (k) Ideabos mero sunt Joh. Conr. Danhaverus (k); Justus ni Inter- Christ. Schonierus (l) nec non Matthias Ber- pret. p. 92. neggerus (m), qui libere pronunciare haud gra-
 (l) in Pref. vatus est, quod nihil quicquam de hujus inter- ad Colleg. pretationis veritate dubitent ii; qvos non lu-
 Nov. cont. brica fides interpretum tenet, sed Græca Grā- p. 59. matica docuit πρώτην hoc loco idem esse qvod
 (m) Orat. τρεῖς. Alii iterum haud minoris eruditio- IX. p. 244. arbitrantur vocem πρώτην significare debere πρώτην, sed ita tamen, ut γρεφονευστὸς non sit geni- tivus

tivus consequentia, nec regatur à πρώτῳ qvod stat loco Comparativi juxta illos, verum arbitrantur voculam πρός. καὶ εἰλεῖφ. Græcis non insuetam omissam, debere præterea subintelligi ac suppleri in hunc modum: αὐτὴν ἀπογράφη πρώτη (πρώτᾳ) οὐκέτη (πρός) ηγεμονίαν. Τὸν Συνιάτικον i. e. Hæc descriptio prior vel ante facta est, qvam præ esset Syriae Cyrenius; videatur *Lambertus Bos* (n), qui particulæ πρός post πρῶτον (n) Specim. τοῦ εἰλεῖφου erudite explanavit, & Keuchenius ad Mysteriis hunc locum, qui exemplis ex versione LXX. Ellipseos Virali V. T. petitis illustravit **. Verum Graci execuc prioris hujus sententiæ Medicamen positi, pag. tum est bonum; Est enim contra O. 252. mnem rationem historicam. Posteriorem sententiam qvod attinet & nec illa usqve adeo bona est, nam heic loci nulla videtur subesse

B 2

ratio

** Hujus sententia interpres primus non fuit Herbarius Consiliarius Bavanicus, cuius tacitam injectit mentionem Casaubonus Exerc. I. num. 32. nec Jo. Georg. Hervartus, ut existimat DEILINGIUS, sed Joseph. Scaliger, qui postea suam merito mutavit sententiam, ut l. c. notavit Casaubonus. Scaligeri bujus sententiam in Chronol. cap. 241. seqq. Hervartus fecutus ita ornauit ac commendaravit ut sectatores nanciscerentur viros eruditissimos,

ratio cur ~~ex aliis sibi non~~ post ~~negat~~ facta sit, nisi dicere velimus Lucam apprime cōpositum esse ad mentiendum, seu quod potius dixerō, decipiendū. Nam si non tacta sit dēscriptio Præfide Cyrenio, cur opus ejus meminisse. cur non potius ejus injecit mentionem Lucas sub quo ea facta? Historici enim non dicunt, sub quo aliquid non factum, sed sub quo sit (o) Commēt. factum, inquit J. G. Dorsheus (o). Cē in Lyc. c. teras opiniones qvas fovent eruditū circa vocu- H. p. 672. lam πρωτη, utpote nullarū vim indagandæ ve- ritatis, nullumque pondus habentes sciens vo- lensque prætereo. Volunt namqve haud pauci

Gor-

J. Keplerum quem laudat Berneggerus, Reinesium
J. Coccejum, S. helstratenum Imbonatum, Hensche-
niūm & Paper-brocium, Antonium Byneum, J.
Marckium, Nicol. Toinardum, Eras. Schmidium,
J. Clericum, Petrum Keuchentum aliosque, impri-
mis autem Jac. Perizonium, qui in doctissima illa
Dissertatione de Augustæa Orbis terrarum de-
scriptione, hanc sententiam, exhibitis et nre ac
subsidiis tam egregie afferuisse ac vindicasse cen-
setur, ut ejus rationibus expensis ultro libenter
subscrīperit in Dissertatione de Caris Quiriniis
§ VII. p. 35. Vir summe Reverendus D. D. Boe-
nerus Theologus Lipsiensis Clarissimus, ut mense
rata audit DEILINGIO.

Gordium nodum solvere omnem unius κούρα-
 τος positu ante vel post vocabulum πεώην, ut
 si subiungatur κινοῦσθαι, hæc erit enunciatio: De-
 scriptio hoc omnium sub Romanis Imperatorie-
 bus in Iudea prima fuit; si vero præponatur,
 πεώην referendum est ad εἰρήνην, ut significetur
 hanc descriptionem primam fuisse, quæ a Cyre-
 nico facta sit, quam alia deinceps consecuta sit,
 ut monet Beza. Heihstus etiam posteriori sen-
 tentiæ patrocinatur κούρατον πεώην præmitten-
 do. Erasmus v. sensum certiens ambiguum,
 nullam distinctionis apposuit notam. Verum
 enim vero quam falsa tricisque implicata utra-
 que sententia sit, nortant, quos non latet cen-
 sus actos temporibus Pompeji Magni in Iudea
 ut supra innuitus, vocabulumque εποχεαφην,
 ut antea dictum, non heic significare ιερίμυνον
 sed απαγιθυνον, ut nec respectu Cyrenii dici
 Poteſt primus vel secundus census. Census e-
 sum cuius meminit Josephus (p), inqviens: Mis- (p) Antiq.
 sus est a Cesare vir Consularis Quirinus, non Jud. lib.
 ut Lucas τὸν οὐραφόν, sed ιερίμυνον, &c. 17. in fine
 paucis interjectis, παντεῖον τοῖον γενούν, me- & in init.
 rito appellatur census, cum constet pecunias lib. 18.
 esse exactas, unde etiam turbas movit Judas
 Galilæus, qui alias Gaulonites nuncupatur. Mi-
 hi igitur si dicendum est quicquam hac de re,
 existimaram rem omnem facile planam evaſi-
 ram,

ram, salvâ tamen aliorum sententiâ, nulli name
que nostram obtrudere cupimus, si dixero non
heic vocabulum πρώτη reddi debere per *Primam*
sed per *Primaria vel Precipua*, cum non semper
ordinis rationem habeat, cui aliquid ut poste-
rius respondet, sed præter varias significationes
alias, denotare quoque deprehendimus hoc vo-
cabulum *Precipuum ac Primarium* quid, ut 1. Cor.
15. 3. 1. Tim. 1. 15. Rom. 3. 2. & Act. 28. 7, ut sic
fiat hic sensus Αὐτὴν ἀπειραφη πρώτην, εγενέσθη πρωτο-
ποστος ἡ Ἰησος Συρίας Κυρηνίας; Descriptio hæc *primaria*
vel precipua, facta est præsidem Syriæ agente
Cyrenio, *Primaria* dici potest ea propter, quod
ταῦτα αἰκατάντην describere jussit Augustus, at-
que hoc modo Maxima fuit seu *primaria* re-
spectu reliquarum, quas per certas provincias
instituendas indixit Cæsar. Nam testatur Sve-
tonius censum ab Augusto ter actum fuisse.
Quod idem docent *Tabulæ Ancyranæ*, quas
in Pandectis suis Turcicis Leunclavius & in *Inscri-
ptionibus suis* Gryterus, ac non ita pridem Hen-
ricus Norisius in *Cenotaphiis Pisaniis* Dissert. se-
cund. pagin. 82. & 23. repræsentant. At ne
diutius hisce immoremur ordinis postulat ratio
ut pedem ad vocabulum πρωτοπόστον & quod in
frontispicio *Dissertatione Tertio* comparet
loco, promoveamus. Et ut tantis non est in-
volutum difficultatibus ac priores voculæ, suf-
ficiæ

sicut in transcursu quasi notare, quod verbo
~~hyeroreum~~ utam debeat originem, denotetque
 ducem esse; Verum tamen non semper Ordinariū sed extra ordinariū. Notissimum e-
 enim ex G. H. Nieuport^(q) est, quod Magistra-^{(q) Comp.}
 tus à temporibus dividantur, ut alii sint Ordinarii, qui statim temporibus semperque in Re-^{Antiqu.}
 publica fuerunt, ut Consules, Praetores, Aedi-^{Rom. Sect.}
 les, Tribuni plebis, Qvæstores aliique. Alii^{II. cap. 1.} pag. 46.
 Extraordinarii, quales fuere, Dictator, Magis-
 ter Eqvitum, Censor, Interrex, pluresque a-
 lii. Hæc huc usqve. Cetera qvæ in Titulo su-
 persunt vocabula non est ut C. L. aperiam, cum
 apertissima sint, & cuique quam maxime ob-
 via, qvapropter venia B. L. illorum Etymolo-
 gia pertexenda superledeo. Ad ^{Kusnigis} vocabu-
 lum quod spectat, num ita vel alio modo le-
 gendum in Textu N T. authentico paucis in
 posterioribus data occasione indicabo. Atqve
 hæc sunt, qvæ breviter & ut spero perspicue
 circa Etymologiam ac Significationem vocum,
 in qua toties à viris eruditis lusum est, obser-
 vare necessarium duxi. Sin autem hæc tibi di-
 splicerent Lector Cato; En asylum, ubi & do-
 ctos nonnunquam honeste latere dixit Bœcle-^{(r) Inst.}
 rus^(r): Non liquet. Nec ego si hæc vana & Polit. lib.
 falsa, qvidquam in hisce rebus asseverare au-^{I. cap. 2. p.}
 deo, luserint licet alii^(s). ^{m. 24.}

(s) Videſis Homer. in Baspaſa uououaxia. Maro in Cet-
tice. Ovidius in Nuce. vid. quoque Erasm. Rotero-
dam. in pref. ad Encomium Morie pag. II. & in En-
com. pag. 27.

CAPUT POSTERIUS.

Signo ſic prælii dato, explicatis ſcil. breviter
vocabulis & qvæ circa illa controverſiis,
in campum prodeunt hostilia ferentes arma, de
Cyrenio Syriæ Præſide, tela qvafī mutua vibra-
turi Baronius & Casaubonus Josephum Tertu-
lianumque hac in re duces agnoscētes ſuos.
Et ne belli exitus eſſet incertus, ecce! in ſub-
ſidium ſibi junxit Casaubonus novendecim præ-
ſides Syriæ ſemet ſuo excipientes ordine ab an-
no U. C. 693. ad munus usque Cyrenii Præſidiſ
peractum, qvod in ſe, ſecundum Casaubonum,
uſcepit Anno U. C. 759. Baronium qvinqve tan-
tum Præſidiibus ſtipatum, verborum fulmini-
bus debellaturus. Vixit Baronius Post natum
Christum in fine ſeculi Decimi Sexti, & initio
decimi Septimi, h. e. natus eſt 1538. d. 30. Oct.
& denatus 1607. prid. Kalend. Qvintil. (f)

Qui

(f) Freberi theatr. Eruditorum. Wilſch Memoria Su-
perint. Pirnenſtum. Diarium Eruditorum virorum. Hof-
man. Lexicon Universale vid. Lexic. Compendios D.
Jo. Burch. Menckii pag. 238. & 239.

Qui opera ipsius XII. Tomis comprehensa per-
legerunt, illis non dicam, quam fuit scriptor
in plurimis vanus, quibus vero pluris consti-
terint nobiles horae, quam ut nugas sint vena-
les, iis dicam Cæsarem Baronum Soranum fu-
isse Cardinalem Papæ Sixti V. hominem ad quæ-
vis audenda arroganter projectum. Cajum So-
cium namque, ut alia multa omittam, cum
Antonii in Syriam una cum Ventidio aliisque
esset Legatus ut ex Dionis lib. 49. ac Josephi
Origine decima quarta c. 26. loquitur Casau-
bonus (^t) pro munificentia sua Apostolicæ se-
dis Bibliothecarius in Syria Præsidis nomine or-
natum nobis exhibuit. Verum ut de singulis
videre, quid præstiterit Monachus esset nimis
prolixum itaque discendi cupidos ad Casaubo-
num in loco citato & seqq remitto. Et ut o-
mne bellum est ~~διάσκαλος αδινιας~~ censente Ty-
rio Maximo apud Isogæum (^u) ideoque eo per-
venit pugnæ discrimen, ut parum mihi fida ^(v) fog. Carl.^s
societas vel cum Baronio vel cum Casaubono,
utpote studio partium detentis, quandoquidem ^{P. 30.}
horum posterior præcipue Josephum Tertulli-
anumque secutus dubiam reddat fidem multi-
tudine præsidum enumeranda, & Sentium Sa-
turnini loco Qvirinii tempore Nativitatis Chri-
sti Præsidem Syriæ constituendo. Sed ut for-
tes imiter Imperatores, victoriam non in nu-
mero

mero sed virtute militum ponentes, Cesa-
bōnum cum multitudine ad angustias loco-
rum redactum, ubi suos non valet explicare
cohortes, opprimere si non licet saltem suo
ipsius numero circumvenire studebo, Præsidem
Syriæ recepturus Cyrenium. Exitisse Cyre-
nium seu Sulpitium Quirinum quendam Ro-
manum genere, sed non ex patricia Sulpitio-
rum familia virum Consularem, rebusque per
Syriam Ciliciamque gestis celebrem, nullum
fore existimo qui negaverit, cum præter divi-
ni scriptoris Lucæ ^{avtoris} assertione confit-

- (x) Cornel. Tac. An-
nal. lib. 2. * 48. ^(y) Joseph. Antiq. lib. 17. in fin. & lib. 18. in init.
- met Annał. Rom. Scriptor Cornel. Tacitus (x). Nec etiam arbitror est, qui dubitet num Cy-
renio Syriæ Præside unquam fuerit instituta
descriptio; egisse enim censum Syriæque præ-
fuisse negari non potest rotunde confitente Jo-
sepho (y) Verum num eo ipso tempore, quo
nauceretur Christus vivente adhuc Herode, quo-
ve tempore Josepho & Tertulliano affirmantib⁹
secundum ab homine seu sciollo, seu falsa-
rio,

rio, ut loquitur Wernsdorfius (2) præter rem (3) Gottlieb
 infartum esse. Alii autem verum ipsum pro Wernsd.
 genuino agnoscentes, loco *7a Kvennis* legendum de Consul
 esse *Kvinnis* censuerunt. Qvæ sententiæ ut sa- Oct. Ang.
 cris Litteris maxime injuriösæ, ita qvo minus pag. 6.
 recipiantur vide cit. loc. Præter has & alia
 qvoqve ibidem comparet sententia, scil: qvod
 videatur Valesio errorem in textum irrepsis-
 se in nomine *Qvirinii*, ideoqve pro *Qvirinio*
 restituendum Sentium *Saturninum*. Hunc
 enim Præsidem Syriæ fuisse sub fine regni
 Herodis teste Josepho. Provocat porro ad Ter-
 tullianum qui lib. IV. cap. 19. Disputans de Ve-
 ritate carnis Christi contra Marcionem census
 in Iudea actos refert per Sentium *Saturninum*.
 Alii iterum suspicantur codices Tertulliani esse
 corruptos, librariumqve cum intelligeret ex
 Josepho Sentium *Saturninum* istis temporibus
 præfuisse Syriæ non respiciens ad Lucam, no-
 men ejus in margine addidisse, vel parenthesi
 inclusisse, à describentibus autem incautius te-
 xtui insertum fuisse; præsertim cum Vocabula
 Nunc, qvæ eodem in loco legitur aut sensu
 parum congrue, aut prorsus otiose posita esse
 videatur. Sed sunt alia multa meræ Conjectu-
 ræ parum propositum nostrum promoventes.
 Proinde ne cum larvis pugnem uti ajunt certi
 aliquid ponendum est, utpote à quo & ad quem

tota collimet disquisitio. In Casaubono, quamvis magnam adhibuerit industriam in confidendo Catalogo Præsidum Syriæ, adeo ut iudicetur apud Dorscheum (a) tamen accuratam notitiam nos haurire non est quod nobis per svadeamus, præfertim cum ipse, licet adeo ob insufficientem Præsidum Syriæ recensionem & Josephi castigationem in Baronium fuerit exacerbatus, confiteri habeat necesse semet defici-
 (a) Com-
 ment. in
 Lucam, p.
 673.

(b) Isac.
 Casaub. in
 Exerc. I.
 p. 98.

entibus historicis tempora non notare exacte, verum *as iv πλάτι* & rudi Minerva (b). Sed quid est quod tanti faciamus Josephi & Tertulliani auctoritatem? Nonne illis nulla est quæ reponatur auctoritas? Est certe, ut mihi videatur si auctoritatibus pugnandum est, Irenæi lib. 3. cap. 25. Cyrilli Alexandrini libro contra Julianum Apostatam ubi ipsius Apostatae testimonium memoratur de Christo descripto una cum Maria & Joseph sub Qvirinio. Verum promissi memor operam sum daturus summam ut Casaubonum in defectu Historicorum suo ipsius numero circumveniam. Fuit hic noster Qvirinius Consul ante 22. suæ ætatis annum, Juliano 34. inquit Terterus (c). Est enim annus 15. Julianus 1. annus pugnæ Actiacæ & U. C. 722, Olymp. 187. 2. Addantur igitur anni 34. & U. C. 722. summam confident annorum 756. detrahantur iterum anni illi quindecim & rema.

remanebunt 741. atque hic ipse annus est annus Consulatus Qvirinii. Videamus quoque num hic calculus cum Nativitate Christi coincidere aliquo modo potest; non autem heic euro subtiles istos calculos, quos apud Mathematicos reperire licet, sed ut datum accipio quod plerique admittunt Christum natum 28. anno post Acliacam pugnam, ait enim Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. Dominum nostrum ἦν ὥτε
δέκατη τρισκοπή ἡτοι octavo & vigesimo anno natum, cum primum jusserunt recensionem fieri tempore Augusti. Per illum vero vicesimum Octavum annum non aliud intelligit quam Acliacum à capta scil. Alexandria, quem infra annum Augusti vocat, ut explicat Terserus, quod eo anno Augustus solum & sine æmulo imperaverit. Regnavit igitur Augustus annos 56, duodecim annis collegam habens Antonium. Hi 12. anni si subducantur 56. remanent 44. initium suum in Acliaca pugna sumentes; ex hisce iterum subducantur 28, natus enim ex Christus eo anno post pugnam ut supra innimus, 16 remanebunt anni, atque tot annos imperium tenuit Augustus post natum Salvatorem. Erat enim Augustus teste Tertero dum naturæ redderet debitum vir 75. annorum, ex quibus si auferantur 44. supererunt anni 31. quot annos impleverat dum Victor ad actum extitit.

Qvi

Qui iterum de 720. qvando pugna contigit Acti-
aca remanebunt 689. & jam natus est Augu-
stus, addantur iterum hisce 75. erunt 764. &
tunc denatus est, demtis ex hisce 16 remanent
748. atqve hoc anno natus est Christus. Atqve
sic est inter Consulatum Qvirinii & nativitatem
Salvatoris 6. aut 7. annorum discrepantia. Qvod
autem numerat ex Josepho Casaubonus id de
posteriori functione Cyrenii intelligendum est.
Qvomodo igitur Sentius Saturninus Præses esse
potuit Syriæ tempore Nativitatis Christi cum
anno Urbis Conditæ 754. fuerit consul qvemad-

(d) Lib. 2. admodum testatur Vellejus Paterculus (d) &
c. 103. §. 3. Augustus semper vetus servavit institutum ut
S. riæ Viros præficeret Consulares ut loqvitur

(e) Exerc. Casaubonus (e), non eqvidem est qvod per-
L. p. 101. 2. spicere possum. Videmus igitur Josephum de
sola descriptione posteriori Judææ loquentem
decepisse Tertullianum ejusque omnes asseclas
auctoritati ipsius nimium quantum tribuentes,
ut prius Qvirinio apud ~~etiam~~ Lucam Extra-
ordinariam functionem adscriberent qvam Or-
dinariam Sentio Saturnino apud Josephum Ter-
tullianumqve denegarent. Verosimillimum igitur
videtur qvod Cyrenius, dum statim post
Consulatum Homonadensium Castellum expu-
gnasset, functionem Præsidis in Syria adeptus
fuerit, præcipue cum locum qvafsi relinqvar i-

psi Casaubonus inter Titium & Agrippam. Et ut sp̄eo veniam mihi daturus est certe, Eru-ditus ille Argus Casaubonus si heic Cyrenium Titio pr̄æposuero, nam non video cur Titius præsidis functioneth ad annum U. C. 741, occu-pet ideo qvod ejus meminerit Josephus Lib. XIV. cap. 12. utpote cui succederent Sentius & Quintilius Varus. Ceterum

*Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex;
Proinde rixas jam pertæsus, contentionis funem,
quem hic porrigunt, qui pro Sentio Saturnino
pugnant, quique pro extraordinaria functione
Cyrenii rem agunt strenue detrecto, sedemqve
euralem cui aliis insidéat nemo Præsidi nostro
admoveo. SI heic qvidqvam præstitum sit L.
B. benigne id interpretare, innocuosqve meos
conatus juveniles excusa, nam*

Emendat sphalmata candor.

DEO LAUS & GLORIA.



CENSUM CYRENII

Dyrum

Pererudita Dissert. Acad. sub censuram vocaget
VIR Juvenis,

Morum ac Eruditionis gloria eque conspicuus,

Dn. JOHANNES FRIBERG,
Amicus & Sympatriota per dilectus

Aquitati non minus consentaneum, quam usu seculorum receperum esse novimus, ut, qui in spem societatis humanæ succrescent, honorum & munerum publicorum candidati, aliqua ingenii specimina publicam in lucem emittant. Quis enim stationem in republica occupabunt, aut curam gregis sacri suscipient, his non ingenia modo Disciplina futuro vite generi convenienti fingere & formare incumbit, sed etiam de successu sonatum spem concipiunt latiorem, quando certissima scientiae & virtutis eorum documenta habent vel ipsi rerum publicarum moderatores, vel alii, quibus hac diligentia morumque competit censura. TUAM, Dilectissime FRIBERG, solertiam ingenique promptitudinem monumenta industria, que in locis transmarinis nostroque hoc Lyceo reliquisti pereximia, diu jam comprobaryunt. Ast letor ex animo, cumulum accedere laudi, quum modos, qui circa πολιτείαν απογειών Cyrenianam, eruditorum varietas serunt ingenia, polita arte & exquisita industria solvis. Hac mente virante! Ego protensis ad sidera palmis, summum universi Rectorem supplex venerabor, ut praelata, quas larga manu benignior in Te effudit natura, dotes optatum ad finem ferantur diriganturque, adeoque labores demum cum laude exantlati dignis premiis exornentur!

*Animo quam calamo promptiori occupatissimus
gratulatur*

LAUR. O. HALLBORG.

VIR O Juveni Pereximio DOMINO
JOHANNI FRIBERG,
Cum eruditum de Cæsaris Augusti per Cyrenium cen-
sura, ingenii atqve doctrinæ specimen
eruditis fisteret.

Cæsar is heic, in Te, census, per Amice FRIBERGI,
Arguit ingenium, quod Dea docta colit.
Nostro igitur fueris nunc dignus carmine tolli,
Ni mea conamen parva Thalia vetet.
Me tamen hoc iussit Tibi pandere Phœbus Apollo
Pieris ut neclat florea ferta Tibi.
Ullius & nostrum Pallas si tempora cingat,
Te decus hoc pulcrum promeruisse canit.
Puras Castaliis hausisti e fontibus undas;
Ergo Te Pallas, Te Charites adamant.

Ita propiori amicitiae affectu quam proniori vena,
suo reliqvorumque popularium nomine,
gratulabundus adplaudere voluit Amicus
occupatissimus.

JONAS KIELLGREN.

